



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres**

**Gulielmus, Janus**

**Antverpiae, M. D. LXXXII.**

Cap. XIIII. Frater cibarius. Cibicida. Amicus ferentarius. Varronis  
fragmentum emaculatum & cum altero compositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

exemplum hinc in Tibullo habes & Terentij Eunucho.  
Abducit secū ancillas: pauca quæ circum illā essent manent  
Noniæ puella.

## Lib. 1. Elegia v. 1.

Tunc procul abstitis, quisquis colit arte capillos  
Effluit effuso cui toga lapsa sinu.  
Pœtice mutauit acutissimus Scaliger, cui hoc Gratia-  
rum pœticarum sodalitiū aternūm debet, laxa-  
coque emendationi fulcienda locus vnicus est infra:  
Nunc si clausa mea est si copia rara videndi  
Me miserum, laxam quid iuuat esse togam.  
Laxa toga & ad talos demissæ tunicæ probro erat,  
argumenta libidinosi & mollis animi. Cicero In-  
uocina secunda: Quos pexo capillo nitidos & imberbes  
bene barbato videtis, manicatis ac talaribus tunicis, ve-  
l amictos non togis. Plautus Pœnulo:  
Sanè genus hoc mulierosum est demissiciis tunicis.

## CAPVT XIX.

Frater cibarius. Cibicida. Vnicus ferentarius. Varronis  
fragmentum emaculatum & cum altero compositum.

Ex Varronis Saturæ or. 4. *ἀρπάζ* Nonius hæc addu-  
cit in Verutum,

Acerbus, qui tibi nihil mali fecerunt verutis ob artem præ-  
claram.

Vi quidem hæctenus leguntur, nulli rei; & non in-  
tellecto murmure verius quàm aliqua, obscura sal-  
tim, sententia. Vide tamen, si in his lucis quippiam  
correctione nostra accesserit. Lego enim, ac ceruos q.  
i. n. m. f. verutis. ob. a. p. Emendationi huic fundus  
est locus alter ex eodem libro laudatus à Nonio in  
Venabulum: Nempe suos syluaticos in montibus sectaris  
vena-

Arpeti  
tionis



venabulo, aut ceruos. Nam, audeo dicere: nihil venari  
quàm hæc ita cohesisse.

Nempe sues syluaticos in montibus sectaris venabulo  
ceruos, qui tibi nihil mali fecerunt, verutis, ob rem  
præclaram!

Infectatio rei venaticæ est. Ex eodem libro ad  
Nonius:

Tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus.

Frater amicitis & amicitie significationem habet  
notum est: hinc eleganter Varro fratrem cibarium  
dixit, qui congeroni suo imperdio victum curat.  
que talis pro cibo est: contra qui aluntur, cibicidas  
Lucilius pari venustate nominat, lib. xxviii.  
Viginti domi an triginta vel centum cibicidas alas. Ita Plautus  
iocosè amicum ferentarium vocat, qui repperit  
opem fert & auxiliium egenti amico. Trinamorum  
nam illum tibi

Ferentarium esse amicum inuentum intellego.  
Quo loco alludit ad ferentarios notum genus militem  
tum in exercitu Romano.

## CAPVT XIX.

Quid nisi. Tempori. Andria Terentij versus tres de  
Actura constituti.

SCENA, Quid ais Byrrhia?

Quid tibi videtur? adeon' ad eum? B. quid nisi? si nihil  
impetres

Vt te arbitretur. Si paratum mæchum si illam duxerit.  
Æstuant priore versu interpretes & variante libri: sed  
meo animo nō pessimè restitui, interpunctione paulu-  
lum immutata. adeon' ad eum B. quid nisi? nihil impetres.  
Vt te arbitretur, &c. Quid nisi vetustè, quod nos tenemus